Quelle: https://manuscripta.at/?ID=925
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



upra vicesimoquarto articulo incipien. item qd de predictis omnibus id teste
examinata dicit articulo fore verum quia hodie ita famatur
et fuit huiusmodi eidem testi prout esset moris id

In nomine domini Amen. Anno a Natiuitate eiusdem
Millesimoquadringentesimoseptuagesimosecundo indictione quinta die
vero lune penultima mensis Iunii Pontificatus Sanctissimi in Xpo patris
et dni nri dni Pape diuina prouidencia pape Quarti Anno Primo
in Monasterio beate Marie Virginis opidi Newnburg clustralis ordinis
Sancti Augustini Canonicorum Regularium Pataviensis diocesis et in
aula dni Prepositi dicti Monasterii fuerunt examinati infra
scripti testes per Reuerendos et Venerabilem pres et dnos dominum
Marthaum Abbatem Monasterii beate Marie Virginis alias Scotorum
opidi Wiennensis ordinis sancti Benedicti dicte Pataviensis diocesis Subde
legatum Commissarium a Reuerendissimo in Xpo pre et domino dno
Marco ti sancti Marci Sacrosancte Romane Ecclesie pbro Cardinali
Patriarcha Aquileiensi apstice sedis legato et in hac causa Commis
sario delegato a prefato Sanctissimo domino meo papa specialiter depu
tato deputatum et Alexium Dimarc decretorum doctorem Canonicum
ecclie Pataviensis Officialem in Wiennna commorantem ac Reuerendum
fratrem Leonardum de Wiennna Ordinis sancti Dominici professorem ac
sacre Theologie Magistrum assessores adhoc ipsi Reuerendo pri domino
Marchie Abbati et Commissario subdelegato predicto per prefatum
Reuerendissimum dominum Cardinalem Patriarcham legatum et Com
missarium delegatum deputatis Coram nobis Notarius publicis supra et
infra scriptis super articulis in actis cause huius productis et admissis
mediantibus interrogatoriis in commissione subdelegationis prefati Reue
rendissimi domini Cardinalis Patriarche et Commissarii ipsis subdelegato
Commissario et assessoribus ipsius facta continentis et descriptis et reducto
demum testis ad memoriam iuramento per eum prestito qui deposuerunt
in modum qui sequitur

Et Primo examinatus fuit discretus vir Thomas Pistor de Newnburga
clustralis Laicus Pataviensis diocesis etatis sue dumodo Quadraginta vel
circa qui deposuit in modum qui sequitur

Super Primo secundo et alijs articulis vestis ad videndum inducti teste
examinatus dicit articulos fore veros quia ita esse semper a senioribus
suis audiuit

1472